



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,  
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et  
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>  
Bonaventura <Heiliger>**

**Antverpiæ, 1591**

De septuplici materia laudis Dei. Cap. LXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

*De septuplici materia laudis Dei.*

## C A P. L X V.

**S**E C V N D V M ista septem, intelligimus Septuplicem Dei laudis materiam, cui omnia quæ laudem Dei sonant, possunt includi. Sex enim sunt principalia Dei opera, ad quæ omnia alia reducuntur. Septimum vero non est opus, sed ipse operans Deus, in se quiescens, & ab omnibus operibus suis superceleustus. Horum figura sunt opera primorum sex dierum, quibus Deus omnia fecit & compleuit quæ fecerat Deus in sex diebus. Sed cum omnia fecisset Deus in sex diebus, & nihil in septimo legatur addidisse quo facta perficeret, sed potius ab omni opere cessasse & requieuisse, quomodo ea perfecit si nihil addendo fecit? nisi quia per hoc nobis datur intelligi, quod omnis creatura de se imperfecta est, & ipse Deus est omnium operum suorum perfectio; & in ipsum reflectitur omnis creatura à quo fluit sicut in primam causam; ex quo omnia per causam formalē; per quem omnia per causam efficiētem, in quo omnia per causam finalē; & hoc sit per glorificationem rationalis creaturæ; in qua clauduntur omnes aliæ creaturæ, cum propter rationalem creaturam omnia reliqua sint creata, & ipsa sit omnium capax per intellectum & naturæ similitudinem: & hoc maximè apparet in homine, cui ad scruiendum omnia ista visibilia sunt creata. Primum opus Dei potest dici creatio, in quo laudabilis apparet eius mira virtutis potentia, quod tam multa, tam magna, tam varia, tam solida, tam nobilissima virtute plena potuit sic facile, sic subito, sic decenter, ex nihilo producere, & sic naturaliter collo-

Per sex opera Deli  
mirificè docet Deus  
semper laudandum.  
I. opus Creatio omnium

*seq. 13.4* care: cū extra mundū nihil sit, supra quod mū-  
di moles quasi super basim collocetur. Sap. Si  
virtutem & opera eorum, id est, visibilium &  
factorū mirati sunt, intelligent ab ipsis, quo-

*2. Guber-* niam qui hæc constituit, fortior est illis. Se-  
*nario con-* cundum opus Dei est vniuersorum gubernatione,  
*ditorum.* in quo euidēter apparet laudabilis sapiētia  
prouidētiæ Dei: quia nihil omnium quæ sunt,  
a maximo usque ad minimū latet eius scien-  
tiam, sed omnium nouit proprietates, virtu-  
tes, operationes, & singulorum multiplices ra-  
tiones naturales & casuiales, quare singula sunt  
sicut sunt, & non aliter. Et hæc omnia præor-  
dinavit sic, ut quasi naturaliter vel casualiter  
videantur fieri: tamen ita librata sunt in eius  
prouidētia, ut nunquā excedant dispositionis  
eius limites, & omnia bonis cedunt in bōdum  
per eius prouidentiam, & malis in malum per  
eius æquitatis iustitiā. Et licet in his & in aliis  
specialiter dicatur laudabilis videri eius potē-  
tia & prouidētia, vel alia in Deo laudabilia: ta-  
mē in singulis eius operibus omnia simul in-

*3. Redem-* telliguntur, sed causa breuitatis transseq. Ter-  
*ptio gene-* tium opus Dei est humani generis redemptio:  
*ris huma-* in quo specialiter apparet laudabilis clementiæ  
*nus.* eius misericordia, qua nostræ miserix compa-  
xiens, decreuit nostram naturam assumere, &  
debitum satisfactionis nostræ pro peccato no-  
stro moriens exoluere; & sic nos de mortis de-  
bito eripere, & in pristinam restituere dignita-  
tem. Quid clementius, quid misericordius co-  
gitari possit, quām summū Dominum pro vil-  
seruo fieri minimum, innocentem pro reo li-  
berando se morti tradere, pro inimicis glorifi-  
candis ingloriū fieri, & ab ipsis pro quibus pa-  
titur, se occidi permettere? Quartum opus

*4. Iustifi-* cario po- Dei, est opus iustificationis nostre: in quo lau-  
titia. dabilis apparet eius patientiæ sustinentia, qua  
peccata

peccatores non solum patienter tolerat, sed & benignè à peccato iustificat, & à peccato defendit, & gratiam merendi donat, & occasio-  
nes merendi prouidet, & sacramēta quasi gra-  
tiæ vasa instituit, ut per ea infundatur gratia  
iustificationis à peccato, & Spiritum sanctum  
dat fidelibus ad compunctionem & consola-  
tionem, & ad varias virtutes & gratiarū ope-  
rationes, faciens de intimicis amicos Dei, & fi-  
lios & hæredes, liberum arbitrium ad bonum  
promouens, nec tamen libertatem auferens,  
inuoluntarios faciens voluntarios, non cogen-  
do sed inspitando & occasiones procurando.

Quintum opus Dei, est iusta meritorum re-  
tributio, quo ad reprobos: in qua laudatur eius <sup>Reproba-</sup>  
<sup>borum pia-</sup>  
<sup>nitio.</sup>  
munditia, qua detestatur omne vitium & pec-  
catum, & omne bonum diligit, & congauder  
quasi sibi condecenti. Laudabilis est eius iusti-  
tia, qua malum impunitum non patitur, & se-  
cundūm meritum suum locat in peccato per-  
seuerantem: & quo fructu se spoliauit pecca-  
tor, priuat eum, & fructum operum suorum  
facit eū in tormentis gustare. Et laudatur eius  
sapientia qua scit etiam de malis eligere bona;  
& cogere sibi seruire in pœna, qui nolebant ei  
subesse in culpa. Et ordinat omnia malis ce-  
dere in pœnam, quæ hic conuerterunt ad pec-  
catum, ut corpus, intellectum, tempus præsens:  
& alia quæ data eis fuerant vel obliata ad occa-  
sionem merendi & gloriæ augmentum, quæ  
ipsi conuerterunt ad peccandi instrumentum:  
sed iustitia Dei conuertit ad cumulum pœnæ.  
Corpus per quod hic peccauerunt, illic in pœ-  
na recipient: & per hoc plus cruciabuntur. In-  
tellectum ad temporalia conuerterunt: & per  
hunc inexcusabilitis accusabuntur. Tempus  
quod ad seruiendum Deo acceperant, in pec-  
cato consumpsérunt: & ideo sine fine punien-  
tur,

342 S. BONAVENTURAE  
tur, sicut hic finem non posuerunt in peccato-  
vt qui peccant in suo æterno hic, puniantur in  
æterno Dei illic: & qui in Deum infinitū sem-  
per peccauerunt, in infinitum quo ad duratio-  
nem pœnarum cruecentur. Laudatur & boni-  
tas Dei, qui hanc malorum pœnam ordinat ad  
beatorum lætitiam, qui talia per Dei gratiam  
euaserunt. Ita autē ordinatur per Dei iustitiā  
reproborum dānatio, sicut per eius bonitatem

v. Glorifi- beatorum saluatio. Sextum opus Dei est  
catio bea- gloria beatorum: in qua laudatur eius larga &  
torum. mirifica remuneratio, qua pro parvo & brevi  
merito æternam & ineffabilem Sanctis dat in  
cælo gloriam, & lætitiam & felicitatem, & om-  
nia eis ordinat in bonum, tam bona quam ma-  
la, & propria & aliena; & non solum mala pœ-  
næ, sed etiam mala culpæ; vt de bonis propriis  
glorientur, & de alienis congaudēdo delecten-  
tur. De malis propriis gaudent quæ euaserunt;  
de alienis quod similia non inciderunt. Gau-  
dent de propria felicitate quæ est multiplex.  
Gaudent de omnium electorum gloria, tam  
multipliciter quam multiplex est omnium glo-  
ria simul tam in numero quam in magnitudi-  
ne: & de quolibet sicut de se gaudent: qui tan-  
tum diligunt illum habere quæ habet, quod  
nollent ea habere ut alter careret eis. Sed de  
gloria Dei tanto plus super omnem & suam  
& Sanctorum gloriam gaudent, quanto  
plus Deum diligunt supra seipcos & supra om-  
nes alios, & maximè cum gloria Dei infinita  
sit: & ideo supra omnem mensuram debet esse  
gaudium de gloria eius; licet creatura non va-  
leat infinitè diligere & gaudere. & adhuc gau-  
det quisque se diligi ab omnibus, sicut dilin-  
gunt seipcos. Insuper gaudet se diligi à Deo  
plus ineffabiliter quam à seipso. Et omnium  
gaudia sibi gaudent esse communia, & ad plen-

nè participandum exposita : & hauriunt de omnibus quantum capiunt , & capere possunt sicut proprium . Ibi erit gloria spirituum & corporum . Ibi videbitur Deus secundum diuinitatem facie ad faciem , & secundum humanitatem gloriosam in quam desiderant etiam Angeli prospicere . Sicut etiam certi sunt electi se gloriam illam habere : ita certi sunt quod nunquam possunt eam amittere . Ibi est satietas sine fastidio , & desiderium desiderati plena adeptione . Ibi plena & pura laus resonat de omni corde laudantium Deum , pro tam magnifica bonitate eius , quæ eos ab æterno ad hanc gloriam prædestinavit . Posset qui vellet ista sex opera Dei , in quibus est omnium operum eius consummatio referre ad primorum sex dierum significationem : ut opus creationis assignetur primæ diei , in qua post omnium materialium creationem facta est lux , distinguens noctem & diem : quia spiritualis creatura à corporeo est distincta luce intelligentiae rationalis . Opus gubernationis significatur per opus secundæ diei : in qua aquæ superiores interpositione firmamenti distinguuntur ab inferioribus : quia cælestia quantum situ distaç à terrenis ; tantum & qualitate , & tanto nobiliori modo diuinæ influentias recipiunt , quibus iuxta modum sibi congruum ordinantur . Opus redempcionis significatur opere tertiae diei , in qua aquæ inferioribus segregatis à terra , terra apparuit arida & fructifera : quia peccatis totum genus humanum occupantibus semoris ab Ecclesia & apud infideles remanentibus , Ecclesia diuersis gratiarum germinibus fecundatur . Opus iustificationis significatur opere quartæ diei , in qua lunaria cæli facta sunt : quia per solem charitatis , & lunam fidei , & stellas aliarum virtutum , corda fidelium illuminantur .

Elegans  
collatio  
præceden-  
tium cum  
operibus  
sex dierū.

minantur, & vitam, & ordinem, & meritorum  
vigorem quali per lucem & calorem syderum  
consequuntur. Opus iudicationis & condem-  
nationis reproborum significatur opere quin-  
tae diei, in qua ex aquis natantia & volatilia  
facta sunt: quia ex eodem genere hominum,  
alij eleuantur sursum ad cælestia per gratiam,  
alij relinquuntur in reatu damnationis, in qua  
nati sunt per meritum culpe originalis & actua-  
lis. Opus glorificationis significatur per opus  
sextæ diei, in qua homo ad imaginem Dei fa-  
ctus omnibus mundanis præficitur: qui per  
gloriam fit homo Deiformis, & illi uirtut  
sicut membruni capiti, qui omnibus sicut  
verus Dominus principatur Iesus Christus

Sabbatum Dominus noster. Septimum Dei non est  
opus, sed operis Dei impletio per quietem in  
Deo: qua Deus quiescit in se & non in Deo.  
Vnde sabbatum appellatur, id est, requies: quia  
per quietem in Deo perficitur rationalis crea-  
tura, quæ est causa & forma omnis irrationalis  
abilis creaturæ: cum ad hoc semper omnis na-  
tura conetur ut rationalem mentem doceat se,  
& Dominum suum agnoscere, & ei ad hoc ser-  
uiat, ut eum ad Domini sui seruitium semper  
admoneat, & ad laudandum cum accendat.  
Qui hoc sabbatum quiescendo non celebrat,  
pactum Dei cum homine violat, qui super om-  
nia vult hominem in se quiescere, & sibi per  
amorem tenaciter inhærere. Ipse summa est  
suæ laudis materia, quem nulla operum suo-  
rum magnificètia valet docere laudabilem, si-  
cuit est. Sicut opus mutum nescit artificis sui  
peritiam vocaliter enunciare; sed tacendo in-  
nuit quam sit laudabilis qui talia voluit & sci-  
uit & potuit tam feliciter operari. Eccles. Ma-  
ior est omni laude. Septem autem verbis visita-  
toribus Ecclesia uititur ad laudem Dei, quasi  
Septem

septem iubileorum tubis mysticis: scilicet laudare, benedicere, magnificare, confiteri, honorificare, glorificare, & superexaltare. Tertius <sup>3. Orandi modus</sup> orandi modus est mentalis, cùm tacito ore sola <sup>modus mentalis.</sup> mens sua desideria pandit Deo, & affectū cordis Deo effundit, & eum intus per amorem amplectitur, vel cum reuerentia adorat; tanto felatus in Deum diffundens, quāto plura vallet affectus comprehendere quām lingua exprimere, dicens cum Psalm. Domine ante te <sup>psal. 37, 23</sup> omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. De hac re dicit Dominus Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem <sup>Ioan. 4, 23</sup> in spiritu & veritate. Spiritus est Deus, & qui adorant eum in spiritu oportet adorare. Et hęc oratio videtur magis propria: cùm Deus magis cor attendat quām verba oris. Sed verba ideo apponimus, vt cùm mens pigra est ad se eleuandum in Deum, per verba orationis sustentata eleuetur: vt memoria Deo inhæreat, intellectus sursum tendat, affectus per devotionem inflammatus gustet quām suavis est Dominus, ex intentione sacræ orationis afflatus. Deus enim qui creauit nos, scit quid nobis <sup>Mat. 6, 8</sup> necesse sit antequam petamus eum: & ideo non indiget vt per orationem insinuemus ci quid desideremus. Item qui ad hoc fecit nos vt benefaceret nobis gratuitò propter semet ipsum, oratione nostra non indiget flecti ad miserandum, quod & ante disposuerat facere: sed ampliorem nobis in hoc profectum procurat, cùm gratis nobis benefacit sicut ab æterno disposuit: & tamen orationis nostræ studium <sup>Oratio mā</sup> ad multiplicem nobis utilitatem conuertit: at- <sup>sericordiæ</sup> que oratio nō est causa eius beneficii <sup>Dei nō est</sup> <sup>causa. sed</sup> via: vt si non propter illam, tamen per illam via nobis misereatur. Multiplex est orationis utilitas, quibus etiam alias bonas actiones ipsa

Y 5 excel-

excellit. Prima, quia facilius & citius per eam impetramus quæ à Domino desideramus: ita ut quandoque citius breui oratione aliquis obtineat, quod diutiis ieuniis vel aliis laboribus, & piis operibus vix obtineret, licet & alia bona opera ad hoc aliquatenus suffragentur. Vnde in omni casu, in omni periculo, pro omni desiderio desiderato, semper inueniemus sanctos principaliter ad orationis subsidium refugisse, quasi ibi promptius quod petebant *Mat. 31, 22* consecuturi. Matth. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Quid enim non potest oratio efficere?

### *De effectibus orationis.*

#### CAP. LXVI.

*Exo. 32, 14.* ORATIO iram Dei placat. Moysés orabat Dominum, & placatus est Dominus. Peccatorum veniam impetrat. Mat. Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. *Mat. 6, 13* Item: Dimitte nobis debita nostra, &c. Tentationis impetum sedat. Num. Oravit Moses, & absorptus est ignis. Vitia cordis expellit. *Psalm. 38, 12* Psalm. Disperge illos in virtute tua, & destrue *Psalm. 49, 15* eos, &c. In periculo liberat. Psalm. Inuoca me in die tribulationis. A periculis defendit. *Mat. 24, 20* thæsus: Orate ne fiat fuga vestra, &c. De hostiis vindicat. 2. Paral. Orauerunt Ezechias & *Isa. 37, 15* Isaias aduersus Zennacherib. Difficultates complanat. Ios. Vociferante populo muri Ierico corruerunt. Familiaritatem Dei confit. *Psalm. 144, 18* Psalm. Propè est Dñs omnibus inuocantibus *Isa. 58, 9* cum. Esa. Clamabis, & dicet, Ecce adsum. Impetrat dona Spiritus sancti. *Act. 2, 4* Act. Repleti sunt *Luc. 11, 13* omnes Spiritu sancto. Luc. Pater dabit Spiritum bonum petentibus se. Item donum sapientie. Jacob. Si quis vestrum indigeret sapientia,